

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &  
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &  
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

**Omeis, Magnus Daniel**

**Norimbergae, 1699**

31. Pharao pius

**urn:nbn:de:bsz:31-105410**

## 31. PHARAO pius.

Pharao Amosis, Rex Ægypti eximius, nullum e Magis inveniens verum conjectorem aut somniorum interpretem, Josephum e vinculis, in quibus annos jam tredecim exegerat, educit. Adolescentem prudenter respondentem honoribus afficit: bene consulentem audit: præmiis maximis extollit: mundi servatorem, & patrem suum nominat: gubernationem omnium provinciarum ei committit, summiq; sacerdotis (*Principis*) On filiam conciliat. Ejusdem consilio & arbitrato imperans, doctrinam coelestem discit & propagat: reditus & immunitatem sacerdotibus constituit, nationes vicinas famis tempore sustentat, piis advenis agrum fertilissimum dividit: nutritius & hospes ecclesiæ liberalissimus. Doctoribus duobus

f

hic

hic Rex usus est, Josepho & Jacobo; illius sapientiam admiratur, hujus benedictionem amplectitur, factisque demonstrat, nihil sibi in terris, illa principe doctrina de Deo, carius esse & optatius.

### 32. PHARAO impius.

Pharao Cenchres seu Busyris, a Davide propter insolentiam dictus Superbus, Rex Ægypti, animadvertens mirabile populi Israëlitici incrementum, ejusque vires & defectiorem veritus, totam illam gentem cogitavit exinaniendo perdere. Variis tentatis viis, spe sua delusus, mandat obstetricibus, ut infantes masculos in nixu interficerent: quod cum illæ facere horrerent, mandatum edicit, ut in Nilum nati mascululi projicerentur. Quod totis annis triginta factum est. Populum præterea oneribus non tolerandis præfit,

fit, erga  
servitum  
nitus po  
contum  
suos, &  
lec, ab  
veste pr  
suos jub  
rum m  
beris,  
bus.  
citu &  
qvens,  
pulo D  
monte  
ingress  
uno q  
qvoris  
ditus o

33.

Mo  
Nili re